LIBER TERTIVS.

De contrapuncto & eius èlementarius uocibus. Caput Primum.

Armonici modulaminis Genus auctore Baccheo est mos uniuersum quid subindicans: diuersas in se habens ideas idest exemplaria: seu diuersas cantilenæ compositiones: quod quidem contrapunctum uocamus: quasi concordem concentum extremorum sonorum inuicem correspondentium contrapositis notulis: arte probatum. Hunc enim & si certis est regulis institutus: tanto tamen pulcherrimum æstimari licet: quanto euenerit usui nobiliori. Est itaq; contrapunctus ars flectendi cantabiles sonos ꝓportionabili dimensione & temporis mensura: Nāq; melodia ex uocibus constat & interuallis atq; temporibus. Vocum autem Alia pedestis qua scilicet orationes legimus & loquimur. Alia equestris qua poetica carmina secundum Arsim & Thesim enuntiamus Alia modulata qua & naturaliter & instrumentis secundum harmonicam canentes aliquid operamur: Hæ enim uoces certa dimensione determinata habent interualla. Pedestres indiffinita Equestres uero quasi quodammodo ex utrisq; commixta. Interuallorū Alia æquisonis uocibus extremis dupla dimensione intercluduntur. Alia consonis hemiolia & epitrita. Alia ex utriusq; commixtis tripla dispositione atq; quadrupla Alia (minima quidem) sesquioctaua. Alia rursus incerta irrationaliq; dimensione extremis uocibus concluduntur interualla: quorum longiorē in harmonia instrumentali prosequemur enarrationem: De his item Guido sic scribit Ditonus & Semiditonus atq; semitoniū: & si uoces & canendum coniungunt: nullam tamen recipiunt diuisionem. Irrationalia igitur & incerta dicimus huiusmodi iterualla: quæ in chordotono atribus primis multiplicibus seuincta sunt: & a prioribus duabus super particularibus segregata: cum omnem potissime melodicam considerationem uel multiplicitati uel superparticularitati ipsi ascripserint Pytagorici. Hæc enim sunt huic arti conuenientia Tritecordi scilicet incompositi: ac incompositi exachordi interualla: ex quorū extremitatibus concordantiæ prouèniunt: quas (nō abs re) surdas possumus appellare. Coniunctorum igitur sonorum qui certa auribus conueniunt conueniunt concordantia tres sunt differentiæ. Alii enim sic inuicem sunt compositi ut auribus tantum depræhendantur accommodati ut Tritechordum incōpositum atq; incompositum exàchordum. Alii non solum auditui conueniūt sed similē quoq; sibiipsis sensum ꝑficiūt ut diapente incōposita atq; icōposita diapason diapēte. Alii uero i tm̄ deuenere ut unicū uideant auribus sonū efficere: quanq̄ sunt inæqualis toni ut incōposita diapason atq; bisdiapason. Ve-

Briennius rum Sonos qui ſolum auribus conueniunt Briennius emeles ideſt concinos
uocat. Symphonos uero qui iam ſimilitudinis participes ſunt. Sed qui iidẽ ui
Boetius dentur homophonos uel Antiphonos. Boetius autem Ptholomeo conſen-
Ptholomeus tiens priores huiuſmodi coniunctos ſonos ꝙ recte aurium iudicio ad melo-
diam aptentur emeles uocat. Symphonos uero quaſi iam ſimilitudine partici
pes ex ſuper particulari exquiſitos conſideratione: conſonos appellat: ſed eos
Concordan- qui iidem uidentur in multiplicitate conſiſtentes: æquiſonos nominauit. Ho
tiarum. rum quidem omnium poſteritas ipſa in cõtrapuncti arte diſtinctionem ita de
Aliæ perfe- duxit ut Antiphonas ſeu æquiſonas uoces: perfectas dixerit contrapuncti ſpe
ctæ cies. Emeles imperfectas: atq; Conſonas medias: quod quidem & a Francho-
Aliæ imperfe ne aſſertum eſt: & a Guidone conſtat eſſe hac ſententia declaratum: Nullus
ctæ ſonus cum ſuo quinto perfecte concordat. Nullaq; uox cũ altera præter octa
Aliæ mediæ. uam perfectam efficit concordantiam. Finita inſuper eſt Ars ipſa contrapun-
Francho. cti: quãquã cantilenæ uariantur. Non enim arbitraria & uaria ſunt eius man
Guido data: ſed communia atq; nota. Nam & ſi cantilenarum modos & diuerſitates
Anſelmus ad infinitum uariari contingat: non tamen differt Ars cõtrapuncti a cæteris ar
Effectus & p tibus quarum ſunt finita mandata & communia: ac paucis limitata cum ad in
prietas cõtra finitum partialia & ſingularia procedant ut Anſelmus aſſerit. Quare in hac
puncti arte quanto figuræ fuerint magis diſtinctæ: auctiorq; fuerit earum numerus:
Quid ſit in- ipſis non confuſus additamentis: quibus tamen apte quæq; uoces ad melo-
teruallum diam diſpoſitæ ualeant debitis temporibus decantari: eo habilius atq; utilius
Baccheus. ipſi Cantores memoriæ commendarent: Tradit itaq; contrapuncti facultas
Plato. coniunctos ſonos concordes per proportionabilem interuallorum menſurã.
Interualla uero cum ſint quidam taciti tranſitus a ſono ad ſonum nõ ſunt au
dibilia ut Baccheus ĩquit ſed intelligibilia. Omnem igitur ordinatum arte cõ
centum: quãquam uocis ſuauitas deeſt: ſeptimo legum diuus Plato longe me
liorem putat quam quum eſt ſine ordine.

De Natura & denominatione ſpecierum contrapuncti: Caput ſecundum.


Pecies ſeu elementa contrapuncti in. inſtrumentorũ fidibus atq;
uocali concentu grauium acutorumq; ſonorum commixtionem
qua harmonica conſurgit melodia proportionabiliter conſequan
tur neceſſe eſt. Quod & ſi uniſono qui ſimplex & ſolius exiſtit Vniſonus
naturæ minime contingat: tamen ꝙ cæteris concordantiis (nãq; deriuantur
ab ipſo) pluriumm conferat augmenti: uelut & numeris unitas: ac lineæ pun
ctus: muſici ipſum unitatis loco obſeruantes concordantiis concorditer aſcri
pſerunt. Impoſuere autem ipſis nomina a ſonorum uniuſcuiuſq; ſecundum
diatonicum genus diſpoſitorum numeroſitate. ut ditonum ꝙ tribus ſonis cõ
ſtet tertiam dicant: Diapenten quinq; uocibus ductam: quintam nominent:
Diapenten cum tono ſex ſonis ſextam appellent. Diapaſon octo ſonis proba-
tam octauam uocent atq; reliquas eodem modo. At cõcordantiaꝝ huiuſmo
di Aliæ ſimplices & primariæ: quæ ſcilicet inter ſeptem eſſentialiores & diſcre
tos ſonos concipiuntur ut Vniſonus: tertia: quinta: & ſexta. Aliæ replicatæ &
ſecundariæ ut octaua: decima: duodecima: & tertiadecima: hæ. n. æqſonæ ſunt
præcedentibus dupla dimenſione conceptæ: nãq; octaua æquiſonat uniſono
decima tertiæ: duocima quintæ: tertiadecima ſextæ. Aliæ triplicatæ tertiariæ
ut quintadecima: decimaſeptima: decimanona: & uigeſima: Quintadecima
enim æquiſonat uniſono & octauæ decimaſeptima tertiæ & decimæ: decima
nona quintæ & duodecimæ. Vigeſimaſexta & tertiædecimæ. Harum item
concordantiarum. Aliæ mediam chordam ſuſtinent conſonam. Aliæ minime.
Earum uero quæ mediam chordam ſuſtinent conſonam. Aliæ ſtrictiore inter
uallo atq; diſtantia ab extremitatibus diſiunctam habent: Aliæ longiore diſtã
tẽ. At quanto auctius & uariabile fuerit mediũ ipſaꝝ extremitatũ: interuallũ:
tanto huiuſmodi commixtio naturam percipiet harmoniæ. Quod ſi ſola chor
da fuerit media (quãquam uariabilis) puta in ea ſpecie quam tertiam uocant
cui quidem ſecunda uox ſola medium præbet: ob ſui ſimplicitatẽm ab harmo
nicæ ſuauitatis natura longe diſiuncta eſt: quam quidem primam in ordine cõ
iunctarum ac concordantium uocum ponunt: quaſi ab uniſoni ſimplicitate
prima concorditer diſcedens ueluti binarius numerus primus ab ipſa unita-
te. Quæ uero uocum commixtiones nullam continent mediam chordam dia
tonice diſpoſitam a contrapuncti lege recedunt: ut tonus & ſemitonium. Ter Tertia
tia itaq; dupliciter diſponitur ditono. ſ. & ſemiditono: quæ licet (quum ditona
lis eſt ſemitonii ſubtractione in ſemiditoniæam formam trãſmutetur: (quum
uero ſemiditoniæa eſt) ſuperpoſitõe ſemitonii in ditoniæã cõuertat̃: propriam
tñ cõcordãtiã atq; naturalẽ eius denominationẽ nõ dicit̃ ꝑmutare: uerũ quæ
ditoniæa eſt: tertiã maiorẽ uocant a maiore eius interuallo: quæ uero ſemidito
niæa tertiã minorẽ. Atq; iccirco huiuſmodi uarietate & incerta eius dimẽſiõe.


tertiam ipsam uagantem.& imperfectam contrapuncti speciem duxerunt ap-
pellandam. At tertiam ipsam minorem quam semiditoniæam uel trihemito-
niæam asserunt distantiam conuenire. Antiquorum diligentia (naturaduce)
ex permutatione generis diatonici in chromaticum incomposito maiore inter
uallo a singulo tetrachordo concordem excœpit: qua re ipsam nonnulli chro
maticam uocant. Ditoniæam uero tertiam incompositam enarmonicã dicunt
q̃ rarissimum atq; incompositum enarmonici tetrachordi interuallum circũ-
ueniat:ut tertio capite primi prætactum est:sed in harmonia instrumẽtali hæc
latius explanabo. Ex uariatiõe igitur huiusmodi tertiæ: quæ uel semitonii sub
tractione uel additione fit: certam constat generis in genus fieri permutatio-
Quinta nem. Quinta autem quam diapente integra tribus .s. tonis ac minore semi-
tonio ducta sesqualtera dimensione ꝑducit:mediam obtinet cõcordem chor
dam cum extremis. Componitur enim ex duabus primis simplicibus.s. tertia
minore atq; tertia maiore concordi medietate seruata. Inde suauiorem ducit
extremitatẽ concordiam quasi quæ certa imitatione harmonicæ adhæreat me
dietati. Huius quidem medietatis chorda si in acutũ exachordi interuallo fue
rit intensa:acutiorem inter ipsas extremitates harmonica medietate cõcludet:
diapason compositam perficiens æquisonantiam. Atq; iccirco q̃ maius & po-
tissimum huius harmonicæ consistentiæ interuallum diapente ipsa contineat
quintæ ipsi secundum diatonicum genus dispositæ sesqualtera dimensio gra-
Sexta tiorem atq; suauiorem confert harmonici modulaminis formam. Sexta a sex
chordis diatonice dispositis dicta:quoniam certam in chordotono dimensio-
nem non acquirit impfecta est. Chordotonus enim est chorda tenens oẽs con
sonantias musicis proportionibus dispositas. Rursus sextam ipsam quatuor
tonis ac minore semitonio ductam maioris semitonii subtractione uariari con
tingit atq; minui: quãquam propriam sonoritatem & denominationem non
amittit:diciturq; altera maior:altera minor. Sexta maior fit ex diapẽte & tono:
Minor uero ex diapente & semitonio. Inde huiusmodi uariatione sextã ipsam
uagantem ueluti & tertiam possumus appellare. Habet enim sexta solã chor
dam mediam & concinnam:quæ.s.tertia est ad grauiorem & diatessaron sub-
sonat ad acutam. Diatessaron.n.consonantia & si simplex ducta dissona sit:cõ
iuncta tamen concordi cõmixtioni concordem efficit cum extremis medieta-
tem:quasi harmonicæ medietatis proxima sit & particeps. Plærũq; aũt sexta
huiusmodi mediata:quum scilicet media ad grauiorem tertiam ditoniæam so
nuerit:mediam ipsam chordam aliquantulo postulat relaxari (quod instrumẽ
torum edocemur experimento) tunc enim certa soni continuatõe quarta ipsa
ad quintæ participationem aliquanto suauis flectitur: & tertia ipsa maior ali-
quãto dirimit̃ subuersa in minoris suauioris ac tertiæ semiditoniæ cõtinuatio
nem. Non igitur incongruum est tertiam & sextam imperfectas & uagas con
cordantias nominare cum unius & eiusdem quodãmodo sint considerationis
Octaua & progressionis participes. Octaua qua æquisonantem diapason quinq; to-
nis ac duobus minoribus semitoniis dupla chodotoni dimensione constat
esse deductam perfecta est contrapuncti species: & prima quidem har-
monica

monica medietate consistens. Nãq; qua proportiõe longior eius chorda gra
uiorem sonum emittens breuiorem quæ acutissimum sonum efficit & æqui-
sonum custodierit:eadem item interuallum seu differentia longioris & mediæ
quod diapente est:ad differentiam item interuallum mediæ & acutoris quæ
diatessaron implet:noscitur esse deductum. Rursus maius interuallum quod
maioribus numeris circũscriptum sit: maiorem obtinet consonantiam scilicet
diapenten. Minor autem distantia paucioribus numeris ducta minorem scili-
cet diatessaron continet consonantiam: quod quidem harmonicæ medietatis
proprium est:ut in harmonia instrumentali mathematice declarabo. Constat
igitur medium esse constitutum harmoniæ ut Petrus de hebano interpres te- Petrus apponensis
statur.xii.problemate partis harmonicæ.qua re cum prima sit ac minor diapa
son æquisonantia quæ harmonice mediata. Aristoteles ipse decimooctauo ꝓ Aristoteles
blemate solam asserit perfecte consonare. Ad hæc inter grauissimam & me-
diam chordam: mediam quandam & concordem scilicet tertiam maiorem &
minorem uicissim suscipit: quod cum quintæ conueniat in ipsis consideratiõe
prætactum est. Est itaq; octaua harmonice mediata prima ac simplex illa har-
monia qua musicus omnis concentus gratiore atq; suauiore modulatione per
fulget. Decima autem q̃ ad tertiam octaua est:ipsius tertiæ sapit naturam: est Decima
nãq; imperfecta & uaga:quũ subtractione semitonii minor sit: additione ma-
ior:non enim recipit mediam chordam sonoram inter ipsam & octauam: quo
niã prima species est ab ipsa discedens ueluti simplex tertia ab unisono. Tres
enim medias sustinet sonoritates concordes decima ipsa scilicet tertiam: quin
tam & octauam: Quæ & si harmonicam consistentiam inter scilicet primam
grauiorem: & quintam atq; octauam concludunt: admixtione tamen uagan-
tium imperfectarũ scilicet tertiæ ad grauiorem: & sextæ inter quintam & deci
mam ipsam acutiorem dispositæ: ipsam obtundunt & reddunt in suauiorem.
Nam unumquodq; bene atq; recte dispositum: quum quid difforme & incõ
gruum susceperit propriæ naturæ patietur alterationem. Duodecima uero
quintæ æquisonans octo tonis cõstat ac tribus minoribus semitoniis:fit enim Duodecima
ex diapason ac diapente:quæ quum solam octauam chordam mediam serua-
uerit:duplam scilicet sesqualteram sustinens dimensionem: harmonicæ acqui
escet medietati tripla & extremorum & differentiarum consideratione dedu-
ctæ:quod quidem probatur his numeris 12 6 4 si enim 12 numerũ grauissimæ
ac longiori chordæ quæ est Γ ut ascripsero: ac numerum senarium eius octa
uæ scilicet Gsolreut: Inde ipsi duodecimæ quaternarium.s. D lasolre extremi
ad se inuicem termini atq; ipsæ inuicem differentiæ una eademq; proportione
seruantur:nam quemadmodum duodecim ad quatuor triplam efficiunt pro-
portionem: Ita differentia duodenarii ad senarium quæ est senarius diffe-
rentia senarii ad quaternarium quæ binarius est tripla comparatione cu-
stodit. Est item & maior proportio in maioribus numeris: Inde & ma-
ior consonantia: & in minoribus minor: quod (ut prædiximus) harmonicæ
medietatis propriũ est. Sustinet insuper & quintam chordam inter primam

& octauam harmonica medietate diſpoſitam: ad quam duodecima ipſa octa-
ua eſt. Quod ſi tertiam ipſi interpoſueris chordam atq; ipſius tertiæ octauam
quæ ſcilicet ad primam decima eſt: quoniam ſurdæ: & irrationales ſunt: ſuaui
Tertiadecima — tas ipſius harmonicæ conſiſtentiæ ſuſpendetur. Tertiadecima ſextæ naturã
imitatur quippe quæ octauo loco ab ipſa diſtat in acutum: eſt enim imperfe
Quintadecima — cta & uaria: minor quidem ſemitonii ſubtractione: ac maior additione: Media
tur autem concorditer a tertia: ſexta: octaua: & decima: harmonicæ conſiſten-
tiæ ſuauitate inficiens. Quintadecima biſdiapaſon æquiſonans decem to-
nos & quatuor minora ſemitonia continet. Omnem inſuper harmonici mo-
dulaminis uim atq; naturam ſibiipſi conſeruauit: nãq; ſeptem harmonicæ con
ſiſtentiæ ſcilicet diapaſon ſpecies ſuſtinet & gubernat: qua re qndecim eſſen-
tialium chordarum diſpoſitionem perfectiſſimo ſyſtemati aſcripſit antiquitas
Hæc iccirco cõtinua ſolius chordæ medietate diſpoſita ob corpoream ipſam
magnitudinem quam duabus æquis æquiſonantis diapaſon dimenſionibus
ſortita eſt Geometricæ proportionalitati noſcitur adiacere. Qua enim propor
tione maior numerus medium ſeruat: ea ipſa & medius ad minorem accidit.
Ac rurſus differentia maioris & medii ad medii atq; minoris differentiam pari
conſideratione relata eſt: quod Geometricæ proportionalitatis proprium eſt:
ut quum longiorem chordotoni chordam cuius grauiſſimus ſonus eſt uideli
cet Γ ut numero 16 pernotauero: eiuſq; octauæ ſcilicet G ſolreut numerum 8
aſcripſero: atq; item ſuæ quintædecimæ quæ eſt G ſolreut acuta quaternariũ
appoſuero. Hac enim conſideratione 16 ad 8 duplam efficit proportionem dia
paſon æquiſonantiam inſtituentem. & 8 ad 4. ſimiliter duplam. Rurſus maio
rum differentia ſcilicet 8 ad minorum differentiam quæ eſt 4 duplam pariter
probat habitudinem: Atq; ita per proportionatos huiuſmodi chordarum ter-
minos ſoni ipſi intelligẽdi ſunt: per differentias aũt ipſa chordarum interual-
la: nam ſicut ſe habent inuicem termini in dupla: Ita grauius & auctius inter-
uallum ad minus & acutius. Suſtinet item quintam chordam & duodeci-
mam harmonice mediatas atq; ſuauiter conſonas. Verum interpoſita tertia
ac decima chorda ſuauiſſima huiuſmodi harmonia auribus accedet obumbra
Decimaſeptima — ta atq; infecta. Decimaſeptima tertiæ & decimæ æquiſonans: quintadecima
eſt ad tertiam: & octaua ad decimã. Eſt enim uaga & imperfecta: tertiæ ipſius
ſonoritatem conſequens: ac tertia: quinta: octaua: decima: duodecima: & qnta
Decimanona — decima concorditer mediatur. Decimanona ad quintam biſdiapaſon: ac dia
paſon ad duodecimam æquiſonat: ſuſtinet enim tertiam: quintam: octauam:
decimam: duodecimam: quintamdecimam: & decimamſeptimam: concordi-
Vigeſima — ter mediatas. Vigeſima autẽ æquiſonat diapaſon ad tertiamdecimã: & biſdia
paſon ad ſextam: ad plurimas quidem ſuſtinet medias cõcorditer chordas ſci
licet tertiam: ſextam: octauam: decimam: tertiamdecimam: quintamdecimã &
decimamſeptimam: uerum quæ quintãdecimam excedunt: qm̃ corporeã geo
metricæ mediocritatis magnitudinem ſuperuadunt: ſurdæ quodãmodo ſunt
& debiles propriæ ſonoritatis natura aliquando deſtitutæ. Reliquæ autem
ſonorum coniunctiones inſuauiter aurium ſenſum ledunt: quum ſimul extre
mæ feriuntur chordæ: puta ſecunda & quarta ſimplex: & ſeptima: ac quæ ipſis
ſimplicioribus æquiſonant: Inde ab ipſis contrapuncti elementis diſiunctæ
ſunt: quippe quæ in cantilenis (niſi uelociſſimo menſuræ temporalis trãſitu)
nullum conſequuntur ſtabilem locum.

De octo mandatis ſiue regulis Contrapuncti. Caput Tertium.

QVibus uero modis ipſa cantilenarum elementa ſeſe inuicem conſe-
quantur octo regulis muſici diſtinxerunt. Prima enim regula eſt ꝙ — Prima regula
principia uniuſcuiuſq; cantilenæ ſummantur per concordantias per
fectas uidelicet uel in uniſonum: uel in octauam uel in quintamdeci
mam: ſeu etiam in quintam ac duodecimam: quas & ſi perfectæ minime ſunt:
ipſa tamen ſuauiore ſonoritate perfectis aſcribunt. Verum hoc primum man
datum non neceſſarium eſt: ſed arbitrarium: nãq; perfectionem in cunctis re-
bus non principiis ſed terminationibus attribuunt. Inde & imperfectis con-
cordantiis cantilenarum exordia pleriq; inſtituerunt: ut his exemplaribus cõ-
probatur.



Prima enim huiuſcæ cantilenæ compoſitio per tertiam ſummit exordium. Se
cunda per ſextam. Tertia per decimam: quæ & ſi imperfecta ſunt concentus — Secunda regula
elementa: congrue tamen atq; concorditer noſcuntur huiuſmodi principiis
conuenire. Secunda regula eſt ꝙ duæ perfectæ ſpecies eiuſdem generis non
poſſunt conſequenter & immediate ſimul aſcendendo uel deſcendendo uel
cantilena cõſtitui: puta duo uniſoni: uel duæ octauæ: aut duæ quintædecimæ:

siue etiam duæ quintæ aut duodecimæ : quæ & si perfectæ non sunt : perfectis tamen (ob quam sortiunur suauitatem) connumerantur : ipsarum regula non atq; mandata seruantes. Hæc enim regulas arbitraria est: sed legalis : omnem penitus exceptionem reiciens . Nonnulli tamen sunt arbitrati duas quintas simul ascendentes uel descendentes pronunciari posse modo diuersis protensæ sint quantitatibus & interuallis:una scilicet perfecta: altera subtractione uel defectu semitonii diminuta:puta ꝓcedendo ab Are ab Elami:siue a proslambanomene ad hypatenmeson : Inde sub sequenter & immediate ascendendo a ♮ mi graui ad Ffaut:siue ab hypatehypaton:ad parhypatenmeson.quod mea sententia falsum est. Nāq; quintam semitonio diminutam ꝙ maxima & nota sit huiusmodi diminutio : cantilenæ incongruam esse nemo dubitat. Hinc diapenticarum specierum ordinem a Proslambanomene duci non patitur harmonica medietas diatonice disposita. Tamen quinta ipsa (quod organistæ asserunt)minimæ ac latentis incertæq; quodammodo quantitatis diminutionem patienter sustinet: quæ quidem ab ipsis participata uocatur.

Tertia regula

Tertia regula est:ꝙ inter duas perfectas eiusdem generis concordantias diuersis uel consimilibus motibus intensas aut remissas:una saltem imperfecta concordantia : puta tertia uel sexta & eiusmodi : debet media constitui. Plures item imperfectæ similes:atq; etiam dissimiles ut duæ uel tres uel quatuor tertiæ & una aut plures sextæ:inter duas ipsas perfectas eiusdem generis quamdecenter disponuntur:quod præsens monstrat exemplar.


CANTVS

TENOR



Contrapunctus aūt solam inter duas eiusdē generis perfectas cōcordātias cō similibus motibus ascēdētes uel descēdentes discordantiā cōtinēs:puta secūdā uel quartā aut septimā:siue discordātia ipa diminutiore figura notata sit ut seminima uel semiminima atq; ēt minima. siue maioris quantitatis tēporalē figuram imitetur ut semibreuem aut breuem:non admittitur: nāq; si discordantia patens ac nota contrapuncto non congruit : imperfectæ concordantiæ locum ac uicem obtinere non potest: hinc & latens ipsa uelocitate discordantia imperfectæ huiusmodi concordantiæ nequaquā poterit suffragari. Quarta regula est ꝙ plures perfectæ & dissimiles concordantiæ ascendentes uel descendentes possunt in contrapuncto consequenter deduci:ut quinta post unisonum uel post octauam:& octaua post quintam:ac reliquæ eodem modo:ut hoc constat concentu.

Quarta regula



CANTVS

TENOR

Quinta Regula est ꝙ duæ perfectæ concordantiæ similes possunt in contrapuncto consequenter & immediate constitui : modo dissimilibus procedant motibus atq; contrariis:ut si duarum octauarum prima in acutum sit protensa:secunda in graue remissa:& econuerso. Similiter quūm fuerint duæ quintæ immediate succedentes : quarum prima per Thesim ducta sit:secūda per Arsim:uel econuerso:ut hoc probat exemplar.

Quinta regula




CANTVS TENOR CONTRATENOR

In huius.n.cōtrapuncti dispositōe prima notula cātus uidelicet partis acutioris est octaua á tenore in acutū itensa:scd̄a uero est octaua sub tenore remissa:

quia per octauam remittitur & tenor intenditur per octauam. Prima item semibreuis contratenoris est quinta intensa supra tenorem. Secunda uero est quinta intensa supra cantum. Item ultima semibreuis seu penultima notula contratenoris est quinta remissa sub tenore. Vltima uero notula ipsius contratenoris.s.longa est: item quita sed intensa supra tenorem: quod in omnibus fere cantilenis euenire contingit.

Sexta regula

Sexta regula est ꝙ in contrapuncto partes cantilenæ scilicet tenor & cantus atq; contratenor debent inuicem esse contrariæ in motu: ut quum cantus ascendit: tenor descendat & econuerso. atq; contratenor eodem modo se habeat cum altera ipsarum partium. Est tamen hæc lex arbitraria. Nam sæpe & multum tenoris notulæ notulas cantus ascēdentes aut descēdentes consimilibus motibus subsequuntur: similiterq; in contratenore proceditur: quod potissimum euenit: quū partes cantilenæ sese inuicem iisdem motibus fugant atq; figuris: ut hæc cantilena declarat.





Septima regula

Septima regula est ꝙ quando ex concordantia imperfecta perfectam petimus concordantiam tanquam cantilenæ terminationem: uel alicuius partis eis harmonicæ: ad proprinquiorem perfectam diuersis utriusq; partis motibus acquirendam concurrere necessum est. Vt exempli gratia: quum tenor & cantus sextam maiorem sonuerint uidelicet diapenten cum tono: tunc ambo contrariis motibus procedentes scilicet tenor unica uoce descēdens: & cantus unica pariter uoce in acutum intentus in octauam quæ considerata motuum contrarietate ipsi sextæ propinquior est: illico conueniunt. Quod proprium est sextæ maioris ad octauam scilicet transmeare. Minor uero sexta ad quintam frequētius reuertitur unico motu: altera scilicet cantilenæ parte immobili: altera mobili: contrariis uero motibus ad octauā itē ptrāsit. Rursus quū cātus & tenor tertiā sonuerint: in unisonū (ducta pria motuū cōtiguorū cōtrarietate) conuenient: Atq; item laxati in contrarium ambo ad quintam transferuntur. quod hoc concentu facile comprobatur:



In hoc exemplo Cantus & Tenor in tertiam cū prima semibreui in unisonū prolabuntur ad semibreuem secūdam. Et ex quarta semibreui quæ tertiam minorem sonat: contrariis motibus in quintam conueniunt cum quinta semibreui. Et ex quinta semibreui ad sextam semibreuem solo cantus motu (stante scilicet tenore) in minorē sextam conuertuntur. Ex hac uero ad septimam procedentes semibreuem: motus solum cantus tenori stabili quintam cōducit. Sed cum octaua semibreui solo item motu tensus immoto ipsi tenori minorē sextam ascribit. Dehinc quū ambo ipsi cōtrariis motibus (toniæo scilicet utrinq; interuallo) ab inuicem distrahūtur: nonam semibreuem in octauam ipsi sextæ propinquiorem constituunt. Atq; ex undecima semibreui in sextam similiter ducta ad octauam æquisonantem cum duodecima semibreui contrariis prodeunt motibus. In cæteris quoq; consimilem decet aggredi considerationem.

Octaua regula

Octaua & ultima regula est ꝙ omnis Cantilena debet finiri & terminari in cōcordantia perfecta uidelicet aut in unisono ut Venetis mos fuit. aut in octaua aut in quintadecima: quod omnis musicorum scola frequentius obseruat: gratia harmonicæ mediocritatis perficiendæ. Est enim Finis teste Philosopho uniuscuiusq; rei perfectio.

Philosophus

Quæ & ubi in contrapuncto admittendæ sint discordantiæ. Caput Quartum.

Quæ uero in cōtrapuncto admittendæ sint discordantiæ breui descriptione duximus exprimendum. Semibreuis enim recta plenam temporis mensurā consequens: in modum scilicet pulsus æque respirantis: in contrapuncto discordantiæ subiacere non potest: ut artis posuere magistri. similiter & breuem notulam discordātem non admittunt: corrumpit enim concentus naturā & suauitatē ipsa discordantia quū nota est. Quæ uero per sincopā & ipso cursus celeri transitu latet discordātia admittit' in cōtrapūcto.

Id enim in omnibus fere cantilenis contingit: ut quum imperfectam continemus concordantiam: ex qua immediate: per contrarios organizantium motus ad perfectam sibi propinquiorem proceditur. tunc minima seu etiam semibreuis ipsam imperfectam immediate præcedens erit discordantia scilicet uel secunda quum ex tertia in unisonum peruenitur: uel quarta quum in quintam prodeunt: uel septima quum ad æquisonantem octauã prosiliunt. Atq; iccirco discordãtia huiusmodi sincopata latet nullam auribus afferens lesionem: ut hoc percipitur exemplo.



In hoc concentu: prima minima cantus secundam efficit ad tenorem (patentem quidem discordantiam): Atq; secunda pariter minima cantus quarta est ad tenorem notissime discordans: has ego raro concederem admittendas: est enim nota ipsarum discordia: quãquam uelociter gradiens dimidium tantum semibreuis obtinet: Complures tamen discordantem huiusmodi minimã atq; semibreuem admittebant. ut Donstable: Binchoys: & Dufay: atq; Brasart. Vltima uero semibreuis cantus in duas minimas distincta: secundam minimã cum ultima semibreui tenori septimam efficit discordem: sed latentem ducente sincopa Idem quoq; comperies in ultima semibreui contratenoris: quam quum duas in minimas partitus fueris: secunda ipsarum ad ultimam tenoris semibreuem quartam discordem monstrabit sed latentem. Qua re minimã huiusmodi atq; etiam semibreuem discordantem in contrapuncto admitti necesse est. Est item & latens discordia in cõtrapuncto prēter sincopatam: quæ scilicet inter plures cantilenæ partes concordes continetur & obtunditur. Semibreuis aũt in duplo diminuta & breuis in quadruplo ac reliquæ eiusmodi: q; minimæ figuræ quantitati æquiualeant: & si discordantes fuerint in cõtrapuncto poterunt sustineri.

Donstable
Binchoys
Dufay
Brasart

De Consentanea suauitate quartæ Caput Quintum.


Ed quæ ex q̃tuor cõiunctis inuicẽ sonis discordãtia cõsurgit Diatessaron. s. cõsonãtiã sonãs: duobus locis admittit in cõtrapũcto. Primo quũ tenor & cãtus octauã inuicẽ sonuerit tũc medius q cõ

tra tenor

tratenor dicitur in quintam supra tenorem: tribus. s. tonis ac semitonio ductam dispositus: ab acutissimo sono qui octauam æquisonantem perficit ad grauiorem: per quartam. s. diatessaron distabit in graue: atq; ita quarta huiusmodi inter contratenorem & cantum quoniam harmonice mediata est: optime concordabit: ut præsens monstrat concentus:



In hoc concentu: prima notula atq; item ultima contratenoris quintã supra tenorem & quartam sub cantu inuicem consonans harmonica medietate constituit. Secundo quum tenor & cantus procedunt per unam aut plures sextas: tunc uox media. s. contratenor quartam semper sub cantu tenebit: tertiam semper ad tenorem obseruans in acutum. Huiusmodi autem contrapunctum cantores ad Faulx bourdon appellant. in quo quidem medius ipse contratenor sæpius notulas cantus subsequitur: diatessaronica sub ipsis depressione procedens: quod in psalmodiarum modulationibus a musicis frequentius obseruatur. Atq; ita quarta huiusmodi inter contratenorem & cantum etiam per semibreues & breues ac longas deducta in contrapuncto concorditer admittitur: quod hoc concentu apertius declaratur.



Constat enim ex proposito concentu notulas omnes contratenoris per quartam a notulis cantus esse depressas ac a notulis tenoris sextam ad cantum cõcludentibus per tertiam intẽtans: sed per quintam in acutum protractæ sunt ab his tenoris notulis quæ cum cantu octauam seu diapasonicam simphoniã harmonica mediocritate cõcludũt: Inde concors noscit huiusmodi cantilena.

Q uare Q uarta inter medium ſonum & acutiorem concordat:diſcordatq; inter medium & grauiorem. Caput S extum.

E T ſi ſexta per tertiam ſupra tenorem mediata quartā inter mediū terminum concorditer ſuſtinet & acutum:quoniā inter duas ipſas concordantias tertiam ſcilicet & ſextam(quāuis imperfectas)diſpoſita eſt ab ipſis tāquā minor a maioribus obumbrata.Id tamen noſcitur etiam natura atq; arte deductum.Nanq; acutiores ſoni uelocioribus motibus generantur. Inde & grauioribus quos tradior educit motus debiliores ſunt: ut primo ſecundi theoricæ deſcripſimus. Q uare & ipſa uelocitate debilior effecta in acutum latet diſcordantia quartæ. Secus quum in grauioribus concipitur ſonis: Tunc enim nota eſt ad aures iniocundam reddit ſonoritatem ob motuum tarditatem: quam Boetius noſter primo Muſicæ grauioribus ſonis aſſerit ineſſe. Traditas enim plus temporis naturaliter ſibi uendicauit quam celeritas. Hinc poteſt in grauioribus ſonis amplius diſcordari:conſequenterq; diſcondantia percipi magis nota:quod A riſtoteles eſt uigeſſimo primo problemate partis harmonicæ. Iccirco in grauibus ipſis ſonis quartæ huiuſmodi diſcordiam contrapunctus non ſuſtinet.

Boetius

Ariſtoteles

De Conformitate & diuerſitate tertiæ & ſextæ: Caput ſeptimum.

P Rimas imperfectas ſimplices ordinis concordantias tertiam ſcilicet & ſextam in æquiſonantis octauæ diſpoſitione alterius conſtat motibus concreari. Diſpoſitis nāq; duobus æque per octauam diſtantibus ſonis quaſi in tenore cum cantu.ſi per ſextam remiſſus fuerit cantus tertia illico diſponitur ſupra tenorem intenſa.Q uod cum in octauæ eiuſmodi diſpoſitione grauiorem chordam ſexta intenſam per tulerit:ad cantum item ad tertiam ſubſtituet maiorem.ſ. uel minorem ſecundum diatonicam naturaléq; tonorum ac ſemitonorum progreſſionem . Addo(quod auctius eſt)medium neruum in harmonica diapaſon conſiſtentia diſpoſitum unico motu ambas ipſas generare ad extremos:nāq; quum per tertiam remiſſus fuerit tertiam efficiet ad grauiorem & ſextam ad acutiorem. Q uum uero ſemitonio aut tono medius ipſe ſonus fuerit intenſus tertiam ad acutiorem: & ſextam ad grauiorem comprobabit. Remiſſus inſuper cantus ab octaua per tertiam maiorem uel minorem:in ſextam illico minorem aut maiorem declinabit. Similiter & tenor quum octauam ſonuerit ſub cantu ſi per tertiam aſcendat:ſextam probabit ad cantum.quod diligenter huius compoſitionis examine pernoteſcit.


Cantus



CANTVS TENOR

Id item aduertendum eſt : q; ſi ſpecies ſiue concordantia cuius intenſione uel remiſſione altera producitur fuerit maior : puta tertia intenſa a tenore uel remiſſa a cantu:producta erit minor ſcilicet ſexta:& econuerſo.quoniam in ipſa octaua perfecta quinq; tantum toni ac duo minora ſemitonia compræhendūtur. Patet igitur in ipſius octauæ diſpoſitione ex motu ſextæ tertiam facile generari:atq; ex tertiæ ductu ſextā concludi. Inde q; ambæ imperfectæ ſint unā eandemq; quodammodo naturam & proprietatem ſeruare uidentur. Prediximus inſup in tertio capite regula ſeptima q; tertia ad uniſonum atq; ad quintam: & ſexta ad octauā contrariis motibus aptiſſime ſeſe conferunt : qua re ineptius unico deferuntur motu. Hinc conſtat tertiam & a duabus cōtiguis cōcordantiis perfectis(contrariis ab ipſa motibus)circūuenta ſit:quinta.ſ.& uniſono ſuauiorem eſſe quā ſextam. hæc.n. & ſi ab octaua & a quinta circūſcripta eſt:ad ambas tamen contrariis motibus non procedit nanq; ſolo motu in quintā conuertitr:q̄uis duobus cōtrariis ad octauā tranſcendat.ut hic patet.

Rurſus ſexta magis participat de quinta quā de octaua quoniam quintæ ipſi propinquior eſt & contigua nulla enim intercidit uox media inter quintam & ſextam . Inter ſextam uero & octauā ſeptima uox naturaliter diſpoſita ē. iccirco ſexta ipſa ob octaua remotior quintæ naturam magis participat. Cūq; quinta longe diſtet perfectione ab octaua:Sexta ipſa ipſius quintæ particeps imperfectiorem obtinuit ſonoritatem quam tertia:quæ & quintæ & uniſoni(tanquam media ad extremos) participat perfectionem. Hæc enim contrariis(ut dictum eſt)motibus & ad quintam & adipſum uniſonum:cui octauæ pfectio ſimpliciter aſcripta eſt:primo ac ſtrictiore impetu noſcitur tranſmeare . quod ſubiectæ notularum comprobant deſcriptiones hoc modo.



De Denominatione extremorum sonorum in concordantiis. Caput octauum.




SVnt & qui extremas concordantiarum chordas multimodis syllabarum uocalium denominationibus considerant: dicunt enim quũ tenor pronunciatur ut cantus in unisonum: similiter ut modulabitur in tertiam mi & sol in quintam: atq; la in sextam in singulo exacordo. Sed in octauam cantus ipse similiter ut æquisonabit ipsi tenori atq; reliquas secundum huiusmodi considerationem existimant nuncupandas. Nos uero (& si in flore musicæ hunc ipsum descripsimus ordinem) nulla tamen lege credimus id esse seruandum: quoniam neq; æqualitas neq; diuersitas syllabarum sed propriis interuallis disiunctæ extremitates sonantium terminorum concordantias concludunt. Nam quum tenor in Γ ut dixerit ut: Cantus non modo poterit ut. in octaua exprimere secũdum diatonicam Guidonis institutionem: uerum etiam. sol & re. in G solreut grauem. Vnaquæq; enim syllaba in G solreut graui disposita: perfectam ad Γ ut æquisonant octauam: uidelicet diapason consonantiam. Similiter ad secundam chordam omnes poteris in introductorio concordantias ad decimamnonam usq; facile cõducere. Nam quum in Are tenor quieuerit poterit cantus fa & ut in tertiam s. in C faut. Et la ac mi in quintam in Elami grauem enunciare. Et fa in F faut in sextam minorem. Atq; la & mi ac re in Alamire in octauam perfectam. Atq; item sol & fa & ut in decimam in C solfaut: Et la atq; mi in Elami acutam in duodecimam. Et fa in F faut acuta in tertiamdecimã. Atq; la & mi & re in Alamire superacutam in quintamdecimam. Et sol & fa in decimamseptimam in C solfa: Atq; in decimamnonam la in Ela: quod præsentis figuræ descriptione notissime percipitur.

ee	la	to	20a ad Γ ut	19a ad Are	
dd	la sol		19a ad Γ ut		
		to			
cc	sol fa			17a ad Are	
		se	17a ad Γ ut		
♮♮	mi	apo			
bb	fa	se			
aa	la mi re			15a ad Are	
		to	14a ad Γ ut		
g	sol re ut	to			
f	fa ut			13a ad Are	
		se		12a ad Are	
e	la mi		13a ad Γ ut		
		to			
d	la sol re		12a ad Γ ut		
		to		10a ad Are	
c	sol fa ut				
		se			
♮	mi		10a ad Γ ut		
		apo			
b	fa				
		se		8a ad Are	
a	la mi re				
		to			
G	sol re ut		8a ad Γ ut		
		to		6a ad Are	
F	fa ut				
		se			
E	la mi		6a ad Γ ut	5a ad Are	
		to	5a ad Γ ut		
D	sol re				
		to			
C	fa ut			3a ad Are	
		sei	3a ad Γ ut		
♮	mi				
		to			
A	re			Vnisonus	
		tonus			
Γ	ut		unisonus		

Atq; ad reliquas consimilis erit concordantiarum inuicem consideratio uideli cet non solius utrinq; syllabæ dispositione : sed proportionatis inuicem sonis per congruas interuallorum dimensiones.

Alterna intentione specierum atq; remissione diuersa contrapuncti disponuntur elementa. Caput Nonum

NOn insuper id congruum esse puto quod exactius duximus explicandum: quemadmodum scilicet elementariæ contrapuncti species sibiinuicem in cantilena solent commisceri. Q uum enim cantus cum tenore tertiam tenuerit: diuersitate motuum computata: in unisonum illico collabuntur. Atq; rursus ex ipsa tertia diuersis item motibus ad quintam prosiliunt. Q uum autem cantus per tertiam tenori superpositus unica intēditur uoce remissus: tunc tenor per quintam octauam inuicem perficient: & econuerso: quum scilicet tenor in octaua cum cantu dispositus intenditur per quintam & sola uoce cantus remittitur: ex octaua in tertiam suauiore transitu commeabunt. Ex octaua item ad sextam diuersis motibus: & ex octaua ad quintam unico uidelicet cantus motu per quartam remisso: uel tenoris per diatessaron intenso peroptime proceditur. Verum ex sexta in tertiam organizantis sono per quartā remisso uel solius tenoris per quartā ipsam intenso facile peruenitur. Est enim organizans ille qui acutiorem efficit cantilenæ partem. Similiter item ex tertia intensus cantus per quartam ipsi tenori sextam respondebit. Q uod si tenor cum cantu in tertiā dispositus per quartam fuerit demissus: sexta pariter a cantu discedet: quæ hoc lucide disponitur harmento.



Q uum autem

Q uum autem ad reliqua contrapuncti elementa procedere tentaueris: quod de tertia ad unisonum diximus: hoc idem de decima senties ad octauam. Et quod de octaua ad quintam: hoc de quintadecima ad duodecimā. Q uodq; de sexta ad tertiam hoc pariter de tertiadecima ad decimam. Atq; idem de cæteris in introductorio superductis. Verum concordantia perfectioni ascripta ad quam cōtrariis motibus organizantes perueniunt suauior & delectabilior est quam si unico conciperetur motu: quoniam diuersorum sonorum contrariis: motibus procedentium alter alteri festinat occurrere & concordi suauitate cōmisceri: qua cōmixtione concors contrapunctus generatur & ꝓducitur.

De diuersitate figurationis sonorum in contrapuncto. Caput Decimum.

COncordes sonos in contrapuncto notulis cantus plani tanquam tenori ac relationis fundamento Musici diuersimode solent ascribere. Q uandoq; enim notulas cantus siue etiam contratenoris: notulis cantus plani pro tenore dispositis æquifaciunt singulas singulis referendo: ac semibreues tantum in medium deducendo. Hunc simplicem & planum cōtrapunctum appellant: quoniam æqua temporis mensura notulæ omnes disponuntur: ut hoc notatur concentu.



Quandoq etiam organizantes ipsi semibreues ac minimas atq reliquas diminutiores figuras notulis cantus plani commensurant: has in mensura semibreuium disponentes quem fractum ac floridum contrapunctum uocant: ut hic



CONTRAPUNCTUS TENOR


Quandoq singulis tribus minimis duas seminimas postponentes contrapunctum notulis cantus plani regulari ordine ascribunt hoc modo.



CONTRAPUNCTUS TENOR

Rursus

Rursus diuersis figurarum numerositatibus organizantes super notulas cantus plani contrapunctum diuersimode modulantur ut hic constat.



CONTRAPUNCTUS



TENOR



Modulantur item quandoq grauiore succentu super notulas plani cantus: Qua re sane duximus concludendum contrapunctum diuersis figuris ac speciebus seu elementis (Legalium tamen mandatorum obseruatione) posse cōstitui quod organizantium atq compositorum nouimus arbitrio esse committendum.

De compositione diuersarum partium contrapuncti. Caput Undecimum.

Cantilenarum quæ tribus aut quatuor consonis partibus componuntur contrapunctus hoc ordine consideratur: quum Tenor & Cantus octauam inuicem seruauerit. Contratenor in quintā supra Tenorem: aut in octaua sub Tenore deductus: quam optime ac suauiter concordabit. Quod si his tribus coniunctis partibus alium in cantilena Contratenorē in acutū coaptare tentaueris: in tertiā supra Tenorē. uel (quod suauiori attinet harmoniæ) in quintā poteris collocare. Verū si in tertiam supra tenorē fuerit dispositus, ad grauiorē cōtratenorē: decimā cōcordabit. si aūt

in quintam ab ipso tunc Baritonante per duodecimam distabit. Baritonans enim intelligitur pars seu processus grauior in compositione cantilenæ qui & contratenor grauis dicitur a Vari quod est graue V mutata in B. quasi grauiotem cantans cantilenæ partem cuius considerationis hoc proponitur exéplar.



CANTVS TENOR BARITONANS CONTRA TENOR ACVTVS

In hoc exemplo prima semibreuis acuti contratenoris in tertiam supra tenoré constituta per tertiam distat intensa a prima Baritonantis & per sextã remissa est sub prima cantus. Ab hac autem distat prima Baritonantis per quintamdecimam in graue. Atq; ita ex utrisq; bona deducitur concordia. Vltima uero semibreuis acuti contratenoris tenorem superuadit acumine per quintam: distans ab ultima Baritonantis per duodecimam sub ultima cantus per diatessaron est remissa. qua re harmonica inde ꝑuenit concordia. Verum quum Baritonans fuerit remissus per quintam sub tenore: & cantus per sextam aut octauam ab ipso distet tenore in acumen. acutus tunc contratenor in tertiam supra Baritonantem ductus concordabit. ut ex prima sequentis exempli semibreui percipitur. Suauiore tamen consistentia mediabitur: si in octauam supra Baritonantem commoretur: ut in ultima huius exempli notula pernotat.



CANTVS TENOR BARITONANS CONTRATE NOR ACVTVS

Quod quum Baritonans octauam habuerit sub tenore: cantusq; quieuerit in tertiã supra tenoré: ita ut p decimã a Baritonãte distet in acumen: acutus cõtra tenor poterit in qntã supra Baritonãté cõstitui: qui tunc a cantu per sextam distabit

distabit in graue & per quartam sub tenore: atq; ita concorditer sese inuicem continebunt quod prima & ultima huius exempli notula lucideq; comprobat.



CANTVS TENOR BARITONANS CONTRATE NOR ACVTVS

Patet ita ex præmissis rationibus atq; exemplis unãquãq; partem diuersis motibus ad alias sese in compositione referri secundum. s. regulas & elementa cõtrapuncti: ita ut concorditer singulis ipsius cantilenæ partibus correspondeat usquãq; cum nulla plenam ducat dissonantiam (præter quartam) quæ acutioribus ac mediis coniunctionum sonis suauiter congruit: ut quinto capite prædictum est. Sexta insuper in grauioribus sonis plena ac stabili uoce plærũq; discordat: nisi illico ex ipsa in octauam immediate diuersis motibus conueniant quod aurium iudicio linquimus indagandũ. Ac tertiædecimæ in grauioribus ipsis sonis consimilis quãdoq; percipitur discordia. Huiusce rei causam esse credimus multitudinem temporis in grauioribus sonis consistétem: qua asperitas & dissonantia imperfectionis apertius auribus accedit afferens lesionem. Acutus igitur contratenor ac tenor ipse semper cum Baritonante debent concordari: Ita ut quum ipse cõtratenor acutus per octauam ab ipso Baritonante in acumen fuerit disiunctus: tenor supra Baritonantem per quintã aut per tertiam disponetur. Quod si tenor octauam supra Baritonantem duxerit intensam: tunc contratenor in tertiam ac suauis in quintam: octauæ huiusmodi interuallum mediabit. Atq; ita altrinsecis diuersarum specierum uarietatibus partium cantilenæ altera alteri in modulatione atq; descriptione commiscetur. Poterit item Baritonãs per quintam supra tenorem ascendere: quũ cantus ad tenorem octauam sonuerit: concordabit tunc cõtratenor in tertiam supra tenorem dispositus qui ab ipso Baritonante tunc per tertiam discedet in graue: & per sextam a cantu: ut in ultima sequentis exempli notula percipitur. Item quum cantus decimam supra tenorem sonuerit tunc Baritonans quintam supra tenorem melodice possidebit quum potissime acutus contratenor octauam a tenore duxerit intensam: quod ex prima huius modulaminis notula clarius consideratur.



Q uod quum quintuplum seu quintam partem cōcordem quatuor ipsis uolueris apponere. ipsam diuersis speciebus secundum regulas ac mandata contrapuncti alternatim ac mutuum applicare procures.


De Consimilibus pfectis cōcordātiis in cōtrapuncto cōsequenter tollerādis. Caput Duodecimum.

C Onsiderandum insuper uidetur quot perfectæ species eiusdem generis immobiles possint in cantilena constitui. Q uo circa plures octauæ ac plures quintæ immobiles conueniunt in contrapuncto: atq; etiam plures ex reliquis perfectis immobiles plærūq; disponuntur. Q uod si ex perfecta concordantia tenoris cum cantu uel cuiussuis partis cum altera ad aliam sibi similem concordantiā perfectā intensam aut remissam (interposita minimæ notulæ pausa in una ipsarum cantilenæ partium) deueniatur: nequaquā sentio laudandum. naq; uidentur duæ perfectæ consimiles concordantiæ simul ac cōsequenter ascendentes seu descendentes ob paruissimam minimæ taciturnitatis intermissionem. Vt si quū tenor & cantus in octauam dispositi sunt: cantus ipse prolata octaua pauset per minimam (tenore non pausante siue etiam eadem pausa pausante) tunc alteram octauam a præcedente propter ipsam intentionē aut remissionem diuersisonam immediate subsequi non decet: ob paruulam (quod prædiximus) temporis portionem interpositam: ut hoc peruidetur exemplo.



In hoc

In hoc exemplo omnes primæ notulæ in octauā positæ quamdecenter dispositæ sunt quia sunt immobiles (interposita etiam semibreui pausa). Verum quinta cātus minima minimæ pausam immediate sequens q̧ in octaua sit cū tenore non admittitur propter remissam octauam immediate præcedentem. Sunt & qui (interposita etiam pausa semibreui duas consimiles concordantias perfectas immediate ascendentes aut descendentes non admittunt: quāquam his complures dissentiunt: quum pausa semibreuis integram temporis mensuram obseruet. Condecenter item duæ aut plures semibreuium pausæ duas consimiles concordantias perfectas consequenter ascendentes aut descēdentes mediabunt siue in tenore siue in cantu seu etiam in contratenore aut in Baritonante deductæ sint. Q uid insuper credendum censemus iis: qui organizantibus obstant: ne plures quam tres semibreues in cantu unisonas pronūcient? quod propterea asseuerant: ne cantus uideatur in tenorem conuersus ac tenor in cantum. hoc nostra quidem sententia ridiculum est. Solent enim persæpe cantilenarum compositores tenorem atq; contratenorem diminutioribus pernotare figuris ac cantum tardioribus: quod recentiores frequentant: ut hic notissimo constat experimento.



Est & celeberrimus quidam in contrapuncto processus notularum uidelicet Baritonantis ad cantus notulas institutus consimilibus notulis per decimam inuicem procedentibus: tenore ad singulos cōcorditer cōmeante: quē Tinctoris: Gulielmus Guarnerii Iusquin despret: Gaspar: Alexander Agricola: Loyset: Obrech: Brumel: Isaac: ac reliqui iocundissimi compositores in suis cantilenis sæpius obseruarunt: quod & præsentis concentus consideratione percipitur.

Tinctoris.
Gulielmus Guanerii.
Iusquin
Gaspar.
Agricola.
Loyset.
Obrech.
Brumel.
Isaac.

Verte folium.


CANTVS



TENOR



BARITONANS



De fictæ musicæ contrapuncto. Caput Tertiumdecimum.




Ictas autem seu coloratas contrapuncti species quæ in monochordo chordulis ipsis singulos tonos diuidentibus considerantur aliquantulum prosequamur. Hæ enim quæ chromatica dimensione ducuntur coloratas demonstrant cantilenas: quas & fictas dicunt. Est enim necessaria huiusmodi dispositio ad harmonici instrumēti perfectionem: tum suauiori diatonici generis asperioris contemperantia: tum nonnullarum consonantiarum perfectione in diatonico chordotono conquirenda. Atq; iccirco ad Musicam huiusmodi fictam triplici consideratione proceditur: secundū.s. chromatici generis dimensionem: secundum permixti generis demōstrationem: & secundum enarmonici generis diuisionem. quæ omnes diatonici generis condensationes dictæ sunt & ornamenta: sed horum dimensiones in harmonica instrumentali mathematice duximus disponendas. In Diatonico autem Guidonis introductorio Musica ficta unico toni monstratur interuallo: ubi uidelicet b mollis exacordum quartam disponit chordam fa quæ toniæam scindit distantiam inter Alamire & ♮ mi seu inter Mesen & Paramesen instar tetrachordi coniunctarum: quare & chordulas huiusmodi toniæa partientes interualla signo b rotundæ pernotare solent eas per syllabam fa pronunciantes. Persæpe etiam plæriq; pronunciant sol sub la semitonii interuallo: quum potissime proceditur his notulis la sol la incipiendo in Alamire rursusq; in ipsam terminando: ut Salue regina. Atq; item inter sol & fa incipiendo & terminando in G solreut hoc transitu sol fa sol: quod Ambrosiani plærūq; modulari solēt Non enim syllaba fa semitonium perficit sed ipsa semitoniæi interualli dimensio duobus sonis circumscripta. Quum igitur in Exacordis Guidonicæ traditionis fictam hanc progressionem quæsieris: acutiores singulorum tonorum notulas maiore subtrahes semitonio: eas fa syllaba ac littera b rotunda describendo: permutatione ducente qua fit ex tono transitus in semitonium: Plæriq; autem singulis tonorum interuallis huiusmodi uocem semitoniæam inscribunt. Verum quum mi in fa permutatur loco ♮ quadræ b rotundam ascribunt quum autem fa in mi b loco rotundæ ♮ quadram ponunt. Inde si in Elami grauem permutauerit mi in fa: deponetur fa maiore semitonio in graue: cuius Exacordum in ♮ mi grauem acquiret exordium. Quod si in C faut grauem fa permutaueris in mi per transitum maioris semitonii in acutum: Exacordum huiusmodi in Are initium assummet. Quum autem in ♮ mi grauem permutaueris mi in fa per transitum maioris semitonii in graue: Exacordum ipsum incipies in acquisitam F faut tono sub Γ ut depressam: qua re non incongruum est uocuum huiusmodi considerationem: Musicam acquisitam uocitare. Per reliquas item introductorii chordas consimilem acquisitorum exacordorum deduces coniunctionem. Quare & acquisitas consonantiarum species & tonos facile hac ficta musica comperies acquisitos. Sunt & qui appositione huius signi ⸸ notulam cui apponitur deprimi uolunt minimo dieseos iteruallo: quod Enarmonici generis est. Est enim Diesis dimidium semitonii minoris interuallum duobus sonis circū scriptum. In fictæ itaq; Musicæ consideratione Contrapunctus eisdem quæ proposuimus mandatis procedit: iisdemq; contexitur concordantiis: ut hac dispositione percipi potest.

Ambrosiani

Diesis

Verte folium

CANTUS



TENOR



De falso contrapuncto. Caput Quartumdecimum.



Alsum contrapunctum dicimus quum duo inuicem cantores procedunt per dissonas coniunctorum sonorum extremitates ut sunt secunda maior & minor quarta item maior & minor:atq; septima & nona eiusmodi:quæ ab omni penitus suauis harmoniæ ratiōe & na-

Ambrosiani

tura disiunctæ sunt. Hoc enim utuntur Ambrosiani nostri in uigiliis solemnibus martirum:& in nonnullis missæ mortuorum canticis: asserentes a diuo Ambrosio institutum. Lugubrem quidem cãtum: quo Ecclesia deploret effusionem sanguinis sanctorum martirum: ac mortuorũ suffragia (quod absit) nusq̃ enim repperi ab ipso mellifluo Ambrosio celebratum:quippe qui (ut in-

Guido


quit Guido) quum ecclesiastica describeret cantica in sola dulcedine mirabiliter laborauit:Nonne simplicem secundi & quarti atq; sexti toni modulationem mœstis & lacrimantibus congruere cõscriptum est? Qua re a nõnullis potius introductum falsum huiusmodi contrapunctum existimari licet. quos ignoratæ Musicæ liuor oppressit:ut Guidonis ipsius sententia testatur. Multa autem usurpantur nec tenentur regula: Quia tempore a multo desueuit Musica: dum inuidia & torpor cuncta tollunt studia Processus itaq; falsi contrapuncti:quem Ambrosiani ipsi sequentem uocant: est huiusmodi. Solus quidem cantor acutiore uoce pronunciat notulas cantus plani: duo uero aut tres succinunt unico sono notulas ipsas cantus subsequentes in secundam & quartam uicisim certo ordine: quem qm̃ ab omni modulationis ratione seiunctus est:me pudet describere:Quandoq; incipiunt hmõi succentũ in unisono cum cantu

cum cantu plano procedentes inde per secundas & quartas ad finem usq;:uel ad certam terminationem in quam unisonantes conueniunt. Plerunq; item in secundam uel in quartam incipiunt: In unisonum uero semper terminantur:Cuius processus hac notatur descriptione.



TENOR

Deprofun dis cla ma ui ad te do



SUCCENTUS

mi ne De pro fun dis cla ma ui ad te



domi ne

LETANIE MORTUORUM DISCORDANTES.



Do mi ne mise re tẽ Domi ne miserere

TENOR SUCCENTUS

Quomodo ſe regere debet cantor dum cantat. Caput Quintumdecimum & ultimum.

POſtremo nouis cantoribus inſtitutionis admonitioniſq; cauſa du-
ximus proponendum: ne inſolito & inhoneſto oris hiatu aut ridi-
culo forte cachino uoces proferant modulando: quum potiſſime in
diuinis miſteriis modulos aſſequuntur: reiciant inſuper & uoces tremebun-
das atq; perſtrepentes: ſunt enim ſibiipſis eadem extenſione diſſimiles: quare
cæteris uocibus proportionabiliter propter continuam ipſarum inſtabilitatem
concordantes eſſe non poſſunt. Decet item alterum alteri uocem accommo
dare puta tenorem cantui: ne alter alterius clamoris exceſſu confundatur atq;
ſuccumbat. Inde quum uox tenoris cantum acutum attigerit: facile ꝙ can-
torum uocibus cantus tenori ipſi proportione conueniat poterit conſiderari.
Nãq; ut plurimum tenor cantui duplo in graue ſubiacet interuallo. Verum ꝙ
grauior ſit: maiore quod in ſe eſt tempore tardus & fortis exiſtit. Cantus uero
minore temporis mora uelox eſt & debilis. hinc grauis acutum ceu fortis de
bilem ſuſtineat neceſſe eſt non clamore deuincat. Non enim harmoniam effi
ciunt confuſi & obumbrati ſoni: ſed extremi ac medii harmonica inuicem pro
portione coniuncti. Vox autem baritonantis & acuti contratenoris pari inui
cem & ad reliquos pronunciatione ſe transferant. Tenorem uero ꝙ cantum
ſuſtinet & a Baritonante ſuſtinetur fundamentum relationis dicunt: nanq; ab
acuto cantu & grauiore Baritonante circũſcriptis eſt medium obtinens locũ:
Qua re ipſum concorditer conſpiciunt obſeruant & uenerãtur. Trahit enim
amborum concordantiam ad ſeipſum: ac ſuiipſius ad alios confert. Neq; de-
cet ipſum garulis fractionibus diminui: quippe qui ad reliquos ſingulis no-
tulis concordantias tenet. Plures enim ad alios ipſis figurarũ diminutionibus
diſcordantias efficiet quam concordantias hinc inſuauiter ad aſtantium au-
res accedit. Inſolens quoq; & indecorus capitis: manuumue motus cantorẽ
declarat inſanum. Non enim manus aut caput concordem ſonitum efficiunt:
ſed uox bene modulata. Diſplicent plæriq; imprudenter cantantes quibus ſe
exiſtimant placituros. Hæc etenim potiſſima fuit cauſa: cur relicto florido ac
Guido mensurabili cantu Guido ipſe ad eccleſiaſticam ſe contulit modulationem. Is
enim (quod egre reffero) de eis inquit Temporibus noſtris inter omnes ho-
mines fatui ſunt cantores. Studeat inſuper cantilenæ compoſitor cantus ſua
uitate cantilenæ uerbis congruere: ut quum de amore uel mortis petitiõe aut
quauis lamentatione fuerint uerba flebiles pro poſſe ſonos (ut Veneti ſolẽt)
pronunciet & diſponat. huic. n. plurimum cõferre exiſtimo cantilenã in quar
to aut ſexto tono: ſeu etiam in ſecundo diſpoſitam: qui quidem toni cum re-
miſſiores ſint noſcunt͛ hmõi effectũ facile parturire. Quũ uero uerba idigna
tionẽ & icrepationẽ dicũt: aſpos decet ſonos & duriores emittere: qđ tertio ac
ſeptimo tono plærũq; ſolitũ ẽ aſcribi. Verũ laudis & modeſtiæ uerba medios
quodãmõ ſonos expetũt prio atq; octauo tono quãdecẽter iſcripta. Sed tono
rum

rum ipſorum proprietates atq; potentias in harmonia inſtrumentali copioſe
deſcribere cõſtitui. Caueat poſtremo cantilenæ compoſitor tenorem aut Ba-
ritonantem in cantilena per omnes notulas immobilem diſponere. Non enim
poteſt uox permanens ad perfectam concordantiam cõtrariis motibus acqui
rendam cum altera proportionabiliter conuenire. ieccirco ipſa non cadit in ꝓ
ceſſum concordantiæ auditum demulcentis. Huiuſmodi enim ſonitus in in-
ſtrumentis ductus: ceu in utriculo quem uulgares piuam uocant dicitur uer-
nare. apud Philoſophum: apud uulgus uero Bordonizare. Nulla enim in eo Philoſophus
fit intentione remiſſioneue mutatio. hinc nulla conſurgit delectatio. Verum
ꝙ grauiſſimus ſit: acutiſſimos ipſius utriculi ſonos ac celeres ſuſtentat: ſiqui-
dem dictum eſt acutos ſonos a grauioribus ſuſtineri & fortificari. Vtriculum
enim ipſum uocant piuam ab acutiſſimis eius ſonis qui ſemper uidentur edu
cere piui. Vernare enim Petrus apponenſis in elucidatione decimi problema Petrus Ap-
tis extenſum eſſe ſonum. aſſerit nullius intentionis: nulliuſq; remiſſionis par ponenſis.
ticipem. Oportet inſuper & Cythariſtam Lyricumue concentus exprimendi
gratia qui ex canoris fidibus prouenit Lyræ uocibus uti: ac uocibus ipſis uo-
ces ſuas alterna diuerſitate reddere conſonas: puta uel fidibus ipſis modulan
do tenorem: ac uoce propria cantum: uel econuerſo: ſiue etiam unius ſpiſſitu-
dinem raritati alterius conferendo ſiue uelocitatem tarditati ſiue acumen gra-
uitati: ita ut unum omnino ſimul conſonum ſeruent: quod & artis ratione &
ſeptimo legum Diui Platonis inſtitutõ noſcitur obſeruãdum. Is enim inquit
uniuerſam rythmorum uarietatem eſſe Lyræ uocibus accommodandam. Plato.

Franchini Gafori Laudenſis Liber tertius Muſicæ actionis explicit fœliciter.